**0105-0115- SS Alexander I - Epistola ad Universos Orthodoxos ubique Constitutos**

O93, f. 9ra; N442, f. 27ra; V630, f. 27va; I83, f. 54va; VD38, f. 49vb; SG670, p. 83b; P9629, f. 2v

[1]INCIPIT[2] [3] EPISTOLA ALEXANDRI PAPAE AD UNIVERSOS ORTHODOXOS UBIQUE CONSTITUTOS DIRECTA DE SACERDOTIBUS[4] NON VEXANDIS[5] NEC SCRIPTIS[6] AB EIS PER METUM AUT ALIQUAM FRAUDEM EXIGENDIS ET DE PASSIONE DOMINI <I83, f. 54vb> IN CONSECRATIONE CORPORIS EIUS MISCENDA ET AQUA[7] CUM SALE POPULIS BENEDICENDA ET[8] DE[9] FIDE SANCTAE TRINITATIS.

Alexander episcopus omnibus orthodoxis per diversas provincias Christo domino famulantibus.

Cogitantibus nobis[10] metum[11] divini iudicii, fratres carissimi, et post vitam hanc unumquemque, prout gesserit, <O93, f. 9rb> recepturum, quid[12] veniat in[13] querelam[14], <VD38, f. 50ra> tacere non licuit, sed nobis[15] loqui necessitas imperavit dicente propheta: Exalta ut tuba vocem tuam, et cui omnium ecclesiarum cura[16] est[17], si dissimulem[18], <SG670, p. 84a> audiam domino[19] dicente: Reiecistis[20] mandatum dei, ut traditiones vestras statuatis. Quid enim aliud est reicere mandatum dei quam privato[21] consilio, iudicio[22] humano novis rebus constituendis[23] liberius delectari? Unde[24] et alibi scriptum est: Ne transgrediaris[25] terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta patrum[26] <N442, f. 27rb> post<P9629, f. 3r>[ponit[27] [28] atque confundit[29].
Pervenit[30] namque <I83, f. 55ra> ad conscientiam[31] apostolicae sedis, quod nonnulli sint tam stolidi[32], qui dominica praecepta <V630, f. 27vb> et apostolorum eorumque successorum statuta minime observent et eos, de quibus dominus ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, non solum tangere minime dubitant, sed etiam persequi non formidant[33]. Et licet nos] persequantur, quia nec nos sine illis[34], nec [illos sine nobis[35] persequi possunt, quoniam illius sumus[36] discipuli, qui animas pro fratri]bus praecepit ponere, tamen eis pericula et perditiones [eorum non sumus ausi celare, ne] prophetica, quod <SG670, p. 84b> absit, damnemur sententia, quae[37] ait: Si annuntiaveris iniquo iniqui[tatem suam, animam] tuam liberasti[38]. Si autem non[39] annuntiaveris ei, sanguinem eius de manu tua requiram.
Est[40] etiam et hoc ad hanc sanctam perlatum[41] [42] sedem, quod pudet[43] dicere, et non solum sacerdotali, sed etiam omni christiano nomini est inimicum, id est, quod non<VD38, f. 50rb>nullos[44] episcopos[45] vel sacerdotes[46] aut metu compellunt aut[47] vi[48] extorquent[49] aut fraude decipiunt, aliquas con<I83, f. 55rb>fessionis[50] suae in alteram[51] partem[52] quam debeant, aut pro suarum non[53] requisitione[54] rerum, aut, quod deterius est, alieni erroris secta[55] [56] scripturas facere et[57] propriis manibus roborare[58] et coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus et ergastulis[59] recludi, ut saltem[60] [61] his territi insidiis devient[62] domini[63] sacerdotes et suis faveant[64] voluptatibus. Relatum insuper est ad huius sanctae et[65] apostolicae sedis apicem[66], cui summarum <SG670, p. 85a> dispensationes[67] causarum et omnium negotia ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt quasi[68] ad caput[69] ipsoque dicente principi apostolorum Petro: Tu es Petrus[70], et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, quod quidam aemuli[71] Christi eiusque sanctae ecclesiae insidiatores, sacerdotes dei ad iudices publicos[72] accusare praesumant[73], cum magis apostolus[74] christianorum causas ad ecclesias deferri[75] et ibidem terminari praecipiat. Taliter praevaricantes praevaricaverunt[76] in deum suum, et non oboediunt[77] praecepta[78] eius, de quibus dominus per prophetam Oseae loquitur dicens: Quasi vaccae lascivientes[79] [80] declinaverunt et dilexerunt[81] affer<I83, f. 55va>re ignominiam[82] protectoribus[83] suis. Et idem: Vae eis, quoniam recesserunt a me, vastabuntur[84], quia praevaricati sunt in me, et ego redemi[85] [86] eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia et non clamaverunt[87] <SG670, p. 85b> ad[88] me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis, super triticum et vinum ruminabant[89] [90] et recesserunt[91] a me. Ego erudivi et confortavi brachia eorum, et in[92] me cogitaverunt maliciam. Reversi sunt, ut essent <N442, f. 27va> absque <VD38, f. 50va> iugo, facti sunt quasi arcus dolosus[93]. Abiciet[94] eos[95] dominus, ait idem propheta, quia[96] non audierunt eum, et erunt vagi[97] in nationibus. De[98] his[99] enim clericis vel laicis, qui episcopos vel reliquos[100] sacerdotes prius tam ad primates eorum <V630, f. 28ra> quam ad reliquos accusant iudices, quam auribus eorum, a quibus se laesos[101] aestimant[102], inculcent[103], ut ab eis aut ius[104] suum aut iustam[105] recipiant[106] apologiam[107], item per eundem ait dominus[108] prophetam: Audi, domus Israel, et[109] ausculta[110], domus regis, et attendite, sacerdotes, quia vobiscum iudicium est, quoniam laqueus facti[111] estis speculationem[112] et <SG670, p. 86(68)a> rete[113] expansum[114] super Tabor, victi<I83, f. 55vb>masque declinastis in profundum. Et ego eruditor omnium vestrum. Et alibi: Omnes calefacti estis quasi clibanus[115], quia devoratis[116] iudices vestros. Ipsi enim declinant victimas domini in profundum, qui eos devorant vel iniuste[117] lacerant, qui domini[118] oculi[119] dicuntur. Nam[120] si modo quisquam principis saecularis oculos laceraret aut amoveret[121], <O93, f. 9va> esset reus criminis maiestatis[122] an non? Profecto aut[123] morti[124] traderetur aut perpetua notaretur[125] infamia[126]. Si pro saeculi potestatibus talia[127] hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis[128], de quibus dominus ait: Qui[129] vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Procul dubio hi, qui eos

persequuntur[130] et amovere[131] [132] nituntur[133] iniuste contra apostolicam auctoritatem[134], si a morte prohibentur dicente domino: Nolo mortem <VD38, f. 50vb> peccatoris, sed ut convertatur et vivat, perpetua tamen notantur[135] [136] <SG670, p. 86(68)b> infamia[137] [138] et exilio digni[139] iudicantur[140] finitimo[141], de quibus[142] a temporibus apostolorum et infra ista tenemus atque decreta habemus[143]: Eorum accusandi[144] episco<I83, f. 56ra>pos vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos non humanis, sed divinis actibus mortuos esse scimus, de quibus dominus loquitur per eundem prophetam: Calumniam[145] [146] patiens fractus est iudicio, quoniam coepit ambire[147] post sordem, et ego quasi tinea Ephraim et[148] quasi putredo domui Iuda, et vidit Ephraim[149] languorem suum et Iudas vinculum suum et abiit Ephraim ad Assur et misit ad regem ultorem[150], et ipse non poterit sanare vos nec solvere a vobis vinculum. Qui[151] enim sacrilega[152] persuasione[153] [154] persequuntur et lacerare nituntur episcopos vel eos, qui domino[155] recte[156] sacrificant, indubitanter eum[157] persequuntur et dilaniant[158], cuius vice funguntur, unde ait dominus per Ioel prophetam: Numquid <SG670, p. 87a> ultionem redditis[159] mihi? Et si[160] ulciscimini vos contra me, cito, velociter reddam vicissitudinem[161] vobis super caput vestrum. <P9629, f. 3v> [Et per[162] Amos prophetam dominus inquit: Quis sapiens, et intelleget ista, intellegens[163], sciet[164] haec? Quia rectae viae domini, et iusti ambulabunt in eis, praevaricatores <VD38, f. 51ra> vero cor<I83, f. 56rb>ru<N442, f. 27vb>ent in eis. Et ipsa per se veritas ait: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit.] His et a[liis fulti[165] quamplurimis dominicis praeceptis, vitantes hominum perditiones cum omnibus huius sanctae sedis, quam dominus ca]put totius ecclesiae [constituit, membris talia fieri prohibemus, ne con<V630, f. 28rb>fundatur] populus domini in aeternum. Nam et a praedecessoribus[166] nostris inhibitum leg[imus, ut nemo contristet[167] docto]res neque accusationem adversus eos suscipiat. Ipse namque princeps apostolorum in ordinatio[ne beati Clementis] populum <SG670, p. 87b> instruens ait: Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat[168] deum, propter quod et[169] vita carebit. Et doctor gentium inquit: Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis[170], considerans teipsum, ne et tu tempteris. Alter alterius[171] onera[172] portate, et sic adimplebitis[173] legem Christi.

Has considerantes pietates[174] et pericula vitantes animarum una cum om<I83, f. 56va>nibus domini sacerdotibus, qui nobiscum in hanc sacram convenerunt urbem, et cum omnibus huius capitis membris, sicut a beatis apostolis et a reliquis sanctis[175] patribus ac[176] successoribus[177] eorum accepimus, statuentes <VD38, f. 51rb> decernimus[178] omnes, qui sanctos patres persequuntur aut amovere[179] [180] vel dilacerare[181] manifeste nituntur[182], infames[183] [184] esse et alienos a[185] limitibus[186] [187] ecclesiae usque ad satisfactionem[188] fieri, quia sic odit <SG670, p. 88a> deus[189] eos, qui adversus patres armantur ut patrum[190] invasores vel destructores[191], qui ideo[192] infames efficiuntur[193], quia patres persequuntur. Quoniam[194], si[195] nec loqui eis[196] licet, quibus doctores summi, quos episcopos vocamus, propter eorum scelera adversantur, quanto magis eis[197] [198], qui eos[199] infestantur[200] [201], nec consentiendum est nec loquendum, ne participes eorum inveniantur sceleribus, quia non solum, qui faciunt, sed, qui consentiunt facientibus, rei sunt. Unde et beatus princeps apostolorum Petrus in ordinatione[202] sancti[203] praedecessoris[204] nostri Clementis instruens clerum et populum ait: Si[205] inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite ex<I83, f. 56vb>spectare, ut ipse vobis dicat: Cum[206] illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis et voluntati[207] eius absque communicatione[208] obsecundare et avertere[209] vos ab eo, cui ipsum sentitis aversum[210] [211], sed nec[212] loqui his, quibus ipse <SG670, p. 88b> non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa[213] est, dum cupit[214] omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius[215] reconciliare[216] ei, qui omnibus <VD38, f. 51va> praeest, et per hoc redeat ad salutem, cum oboedire coeperit monitis praesidentis. Si vero <O93, f. 9vb> quis amicus fuerit[217] his, quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare[218] dei ecclesiam <N442, f. 28ra> volunt et, cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est, et est multo nequior[219] hostis[220] [221] hic quam illi, qui foris[222] sunt <V630, f. 28va> et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt, gerit[223] et ecclesiam dispergit ac vastat[224].

Similiter[225] si huiusmodi[226] personis quaedam scripturae quoquomodo per metum[227] aut fraudem aut per vim[228] extortae[229] fuerint, velut[230] se liberare possent[231], quocumque ab eis conscriptae[232] <I83, f. 57ra> vel roboratae fuerint ingenio[233], ad nullum eis <SG670, p. 89a> praeiudicium[234] aut[235] nocumentum[236] provenire censemus[237] [238] neque ullam[239] eis infamiam vel calumniam aut[240] a suis sequestrationem[241] bonis umquam auctore domino et sanctis apostolis eorumque successoribus sustinere permittimus. Confessio vero in talibus non compulsa[242], sed spontanea fieri debet[243] ipso attestante, qui ait: Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemiae[244] et cetera[245], quae sunt ad haec pertinentia, nec tantum attendenda sunt, quae fiunt, quantum, quo animo fiunt, quorum exempla, si omnia scribere coeperimus, ante dies <VD38, f. 51vb> quam exempla deficient. Unde et illud est, quod dominus ad munera Abel respexit et non ad Cain, quia magis intendit[246] ad offerentis[247] animum quam ad ea, quae offeruntur. Inde[248] et dominus per prophetam inquit: Dominus scit cogitationes hominum. Et per[249] Oseae vatem[250] ait: <SG670, f. 89b> In gutture tuo sit tuba quasi[251] aquila super domum domini, et reliqua. Et dominus in evangelio inquit: Tu autem, cum oraveris, intra <I83, f. 57rb> in cubiculum et clauso ostio ora patrem tuum. Omnis[252] [253] enim confessio, quae fit ex necessitate, fides[254] non est.

Et apostolus ait: Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in[255] salutem. Amplius autem respicit deus ad cogitationes et spontaneas voluntates[256], quam ad actus, qui per simplicitatem aut[257] [258] per necessitatem fiunt. Confessio vero non extorqueri debet in talibus[259], sed potius sponte profiteri[260], pessimum est enim de suspicione aut extorta[261] [262] confessione quemquam iudicare, cum magis inspector cordis sit dominus[263] quam operis, et potius requirit[264] cogitationes puras[265] et voluntates bonas quam labia mendacia. Unde et dominus per prophetam loquens <SG670, p. 90a> ait: Populus iste[266] labiis me honorat, cor[267] autem <P9629, f. 4r> [eorum longe est a me. Peius malum fore[268] <VD38, f. 52ra> non aestimo quam christianos[269] suis invidere sacerdotibus. Novit[270] enim[271] [272] dominus, qui sunt eius. Non potest autem humano condemnari examine, quem deus suo reservavit[273] iudicio. Si omnia namque in hoc saeculo vindicata essent, locum divina non haberent iudicia. Quod[274] autem ad alios iudices prius non de<I83, f. 57va>beant quam ad se[275] sacerdotes vel actores ecclesiae accusare[276], ita a tem<N442, f. 28rb>pore[277] aposto]lorum et infra observatum et definitum [invenimus. Si[278] quis[279] erga episcopum vel actores ecclesiae <V630, f. 28vb> quamlibet] querelam habere iustum[280] crediderit, non prius primates aut alios adeat[281] [iudices, quam ipsos, a quibus se lae]sum aestimat, conveniat familiariter, non semel, sed saepissime, ut ab eis[282] aut suam iustitiam aut[283] [iustam[284] accipiat[285]] <SG670, p. 90b> excusationem. Si autem secus[286] egerit, ab ipsis et ab aliis[287] communione privetur tamquam apostolorum patrumque aliorum contemptores[288], de quibus[289] ait propheta: Erunt quasi non sint[290], et peribunt viri, qui contradicunt vobis.

In[291] sacramentorum quoque oblationibus, quae inter missarum solemnia domino offeruntur, passio domini miscenda est, ut eius[292], cuius corpus et sanguis conficitur, passio celebretur ita, ut repulsis opi<VD38, f. 52rb>nionibus superstitionum panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non[293] debet enim, ut a patribus accepimus et ipsa ratio docet, in calice[294] domini aut vinum[295] solum aut a<I83, f. 57vb>qua[296] sola offerri[297], sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere eius sua[298] in passione profluxisse legitur. Ipsa vero[299] veritas nos instruit calicem et panem in sacramento offerre[300], quando ait: Accepit Iesus <SG670, p. 91a> panem et benedixit deditque discipulis suis dicens: Accipite[301] et manducate[302], hoc est enim[303] corpus meum, quod[304] pro vobis tradetur. Similiter, postquam cenavit, accepit calicem, dedit discipulis suis dicens[305]: Accipite et bibite ex[306] [307] eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur[308] in remissionem[309] peccatorum. Crimina[310] enim atque peccata oblatis his domino sacrificiis delentur, idcirco et passio eius in his commemoranda est, qua redempti sumus, et saepius recitanda atque <O93, f. 10ra> haec domino offerenda. Talibus hostiis delectabitur et placabitur dominus et peccata dimittit ingentia[311]. Nihil enim in sacrificiis maius esse potest quam corpus et sanguis Christi, nec ulla oblatio hac[312] potior[313] est, sed haec[314] omnes[315] praecellit. <VD38, f. 52va> Quae pura conscientia domino offerenda est et pura mente sumenda[316] [317] atque ab omnibus vene<I83, f. 58ra>randa[318]. Et sicut potior est ceteris, ita potius ex<SG670, p. 91b>coli[319] et venerari debet.

Aquam[320] [321] enim sale[322] conspersam populis benedicimus, ut[323] ea cuncti aspersi sanctificentur ac[324] purificentur, quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam[325] si[326] cinis[327] vitulae aspersus populum sanctificabat atque mundabat, multo magis aqua[328] sale aspersa divinisque precibus sacrata populum sanctificat <N442, f. 28va> atque mundat. Et, si sale asperso[329] per Eliseum prophetam sterilitas aquae sanata est, quanto magis divinis precibus sacratus[330] sterilitatem[331] rerum[332] aufert[333] humanarum et coinquinatos[334] [335] sanctificat et purgat, et cetera bona multiplicat, et insidias diaboli avertit[336], et a[337] fantasmatis[338] versutiis[339] hominem defendit. Nam si[340] tactione fimbriae vestimenti[341] salvatoris salvatos infirmos non dubitamus, quanto magis virtute sacrorum eius verborum divinitus <V630, f. 29ra> sacrantur elementa, <SG670, p. 92a> quibus sanitatem corporis et animae humana[342] percipit fragilitas. His ergo et aliis instructi documen<I83, f. 58rb>tis vota[343] <VD38, f. 52vb> singulorum[344] domini sacerdotes respicite et virtute spiritus sancti divinis precibus per ministerium[345] vobis divinitus collatum[346] perficere certate[347]. Elementa quoque, tam ea, quae praediximus, quam[348] cetera divinis[349] apta usibus[350] et humanis[351] necessaria infirmitatibus sacrate[352] [353], infirmos curate et cetera, quae vobis[354] pertinent[355], diligenter perficite[356]. Ipse enim salvator tribuendo nobis exemplum discipulis ait[357] suis: In nomine meo daemonia eicite, infirmos curate, aegros sanate[358], leprosos mundate, et cetera. Super infirmos etiam manus[359] inponite, et bene habebunt.

Fidem[360] quoque sanctae trinitatis sic docendam a patribus accepimus, vobisque tradendam subditis destinamus. Isaias namque propheta ait: Vidi <SG670, p. 92b> dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum, et seraphim stabant in circuitu eius, sex alae uni et sex alae alteri, duabus[361] velabant faciem, duabus[362] autem velabant pedes et duabus volabant[363] [364] et clamabant ad[365] alterutrum dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth. Si trinitas non est, qua<I83, f. 58va>re tertio sanctus dixerunt? Aut si unitas non est, quare sub trina repetitione[366] unum <VD38, f. 53ra> deum ac dominum intimarunt[367]? Si trinitas non est, cur[368] in Geneseos[369] dicitur: Dixit deus[370], fecit deus[371] et benedixit deus? Si unitas non est, quare tertio dixit[372] deus, et deos plurali[373] numero non[374] commendavit? Si trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio: domine, domine, domine miserator[375] et misericors? Si unitas[376] non est, quare dum tertio domine diceret[377], <P9629, f.

4v> [postea miserator[378] singulariter dicit, et non miseratores, ut plures ostenderet, intimavit? Si trinitas non est, cur A]braham [ad ilicem[379] Mambrae sedens tribusque[380] occurrens uni[381] domine dixit, et non, ut viderat, tribus <SG670, f. 93a> salutationis[382] obsequium[383]] reddidit? [Si trinitas non est, quare[384] cum Moysi deus Abraham et[385] deus Isaac et deus Iacob, tertio diceretur[386] unitatem] ostendens, hoc <N442, f. 28vb> mihi [nomen est, dixit[387], et[388] non, haec sunt nostra nomina, designavit? Si] trinitas[389] non est, quare David tertio dixit: Benedicat nos deus, deus noster, bene[dicat nos deus? Si unitas non est, quare, cum] deum tertio nominasset[390], benedicat[391] dixit, et non benedicant adiunxit? Si trini<I83, f. 58vb>tas [non est, cur Isaias] denuo dicit: Dominus deus[392] Sabaoth, deus[393] Israel, qui sedes super cherubim? Si unitas non est, <VD38, f. 53rb> quare qui sedes[394] dixit et non qui sedetis adstruxit[395]? Si trinitas[396] non est, quare in[397] Regnorum libro dicitur: Dominus[398], deus omnipotens[399], deus[400] Israel, sermones tui fideles[401] sint[402]? Si unitas non est, quare tui[403] dicitur et non vestri potius intimatur? Si trinitas non est, cur in psalmo quinquagesimo[404] octavo[405] cantatur: Domine deus[406] virtutum, deus[407] Israel, intende ad visitan <SG670, f. 93b>das[408] omnes gentes? <V630, f. 29rb> Si unitas non est, quare intende posuit et non intendite, ut[409] praedicatus[410] est, intimavit? Si trinitas non est, quare in Apocalypsi[411] tertio dicit[412]: Sanctus[413] dominus deus omnipotens, qui est et qui erat[414]? Si unitas non[415] est, quare non qui sunt et[416] [417] qui erant[418] pluraliter[419] designatur? Si trinitas non est[420], quare[421] [422] in Deuteronomio[423] dictum est: Dominus[424] deus tuus misericors est[425] et audiet vocem tuam? Si unitas non est, quare audiet posuit, et non audient intimavit? Si trinitas non est, quare in Iesu Nave[426] dicitur libro: Dominus[427] deus deorum[428] [429]? Si[430] unitas non[431] est, quare est dixit, et non sunt <I83, f. 59ra> more[432] locutionis induxit[433]? Si trinitas non est, quare Elias <O93, f. 10rb> orando[434]: Domine, domine deus Israel ostende, quia tu es deus meus dixit? Si unitas non est, quare ostende et non ostendite posuit? Si trinitas non est, cur Mardocheus orando: Domine, domine, deus <VD38, f. 53va> omnipotens, omnia in potestate[435] tua[436] sunt, dixit? Si unitas non est, quare in tua posuit et non in vestra signaverit[437]? Si trini <SG670, f. 94a>tas non est, cur etiam Iudith orando dixit: Domine, domine, deus[438] omnium[439] virtutum, respice in orationem meam? Si[440] unitas non est, quare[441] respice et non respicite designavit? Si trinitas non est, quare in Hieremia dicitur: Dominus[442] deus vester, deus verax est[443]? Si unitas non est, quare verax est dixit et non veraces potius intimavit? Si trinitas[444] non est, cur in Apocalypsi[445] scriptum est: Dominus[446] deus et spiritus prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis, quae oportet fieri cito? Si unitas non est, quare, cum patrem et filium et spiritum[447] sanctum nominasset, misit dixit et non miserunt sub[448] praetaxato[449] trium personarum[450] et nominum introduxit? Si trinitas[451] non est, quare <I83, f. 59rb> in Deuteronomio dicitur[452]: Dominus deus vester, hic[453] est deus? Si unitas non est, quare hic est dixit, et non hi sunt plurali numero designavit? Si trinitas non est, quare in[454] eodem dicitur libro: Dominus <N442, f. 29ra> deus tuus, deus magnus et potens est[455]? Si unitas non est, quare magnus et potens pluraliter[456] non[457] nominantur[458]? Si trinitas non est, cur Tobi cum filium suum in Rages civitatem cum Raphahelo[459] <SG670, f. 94b> angelo mitteret, benedicens eos ita dixisse docetur: Deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob ipse <VD38, f. 53vb> impleat[460] benedictionem suam in vobis? Si unitas non est, quare ipse[461] impleat dixit, et non ipsi impleant intimavit? Postremo[462] [463] si trinitas non est, quare dominus discipulos suos in nomine patris et filii et spiritus sancti universas[464] gentes posuit[465] baptizare? Si unitas non est, quare[466] in nomine dixit, et non in nominibus[467] praecipiendo[468] perdocuit? Si trinitas non est, quare Paulus[469] apostolus ait: Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia? <V630, f. 29va> Si unitas non est, quare ex ipso posuit et non ex ipsis adstruxit[470]? Si enim certo certius[471] [472] volueritis unitatem trinitatis[473] agnosce<I83, f. 59va>re[474], a saepe dicto doctore gentium apostolo potestis[475] universa condiscere[476] et sequi catholicam fidem, et horum[477] respuere pravitatem[478]. Gratia domini nostri Iesu Christi, inquit[479], et caritas dei et communicatio <SG670, f. 95a> spiritus sancti ipsa[480] est patris et filii et spiritus[481] gratia, et sic fidem sanctae trinitatis et intellegere et docere[482] domino adiuvante pleniter potestis.

Idcirco ergo[483], carissimi, fidei regulas iuxta huius[484] epistolae finem posuimus, ut in eius confessione fideliter perseveremus et domino auxiliante bonam[485] finem habere mereamur.

Quicumque ergo voluerit[486] amicus esse saeculi huius, inimicus dei constituitur[487]. Aut putatis, quia inaniter[488] scriptura dicit: Ad invidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis? <VD38, f. 54ra> Maiorem autem dat gratiam, propter quod dicitur[489]: Deus superbis resistit[490], humilibus autem dat gratiam. Subditi igitur estote deo, resistite autem diabolo, et fugiet a vobis. Appropinquate[491] domino, et appropinquabit[492] vobis. Emundate[493] [494] vobis manus, peccatores[495], et purificate[496] corda[497], duplices[498] animo. Miseri estote et lugete et plorate, risus vester in luctum[499] con<SG670, f. 95b>vertatur[500] et gaudium in[501] me<I83, f. 59vb>rorem, humiliamini in conspectu[502] domini, et exaltabit[503] vos.

Nolite detrahere alte<P9629, f. 5r>[rutrum[504], fratres mei, quia, qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi et iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Unus[505] est enim legislator[506] et iudex, qui potest perdere et liberare. Tu autem,] quis[507] es, qui iudicas [proximum? Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quae advenient vobis.] Divitiae vestrae putrefactae sunt et vestimenta vestra a tineis[508] [comesta sunt. Aurum et argentum vestrum eruginavit[509], et] erugo eorum in testimonium vobis

erit, et manducabit[510] car<N442, f. 29rb>nes vestras sicut [ignis. Thesaurizastis[511] vob]is iram in novissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, [qui fraudatus[512] est a] vobis, clamat[513], et clamor eorum in aures domini Sabaoth introivit[514]. Epulati[515] estis <SG670, f. 96a> super terram et in luxuriis enutristis corda vestra in die[516] occisionis <VD38, f. 54rb> adduxistis[517]. Occidistis[518] iustum, et non resistit[519] vobis.

Vae, <I83, f. 60ra> fratres, his, qui vos tribulant, vos vero, quantum amplius tribulamini, tantum purgatiores[520] atque beatiores efficiemini[521], si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Unde[522] ipsa veritas per se dicit: Beati[523], qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et alibi: Beati eritis, cum vos oderint homines <O93, f. 10va> et persecuti fuerint et eiecerint nomen vestrum tamquam malum. Gaudete in illa die et exultate, quoniam merces vestra multa est[524] in caelo.<V630, f. 29vb>

Data VIIII[525] Kal. Aug. Traiano et Eliano[526] vv. cc[527]. conss.

O93, f. 10va; N442, f. 29rb; V630, f. 29vb; I83, f. 60ra, VD38, f. 54rb; SG670, f. 96a<P9629, f. 5r

1 In P9629 sind einige Passagen des Briefes wegen Beschädigung der Handschrift nicht lesbar; diese sind im Text durch [ ... ] gekennzeichnet
2 *am Rande* DECRETA ALEXANDRI *P9629*
3 *Überschrift*] EPISTOLA SANCTI ALEXANDRI PAPAE QUOD NON SINT INFAMES ET CRIMINOSI AD ACCUSATIONEM SACRORUM ORDINUM ADMITTENDI ET QUĘ DEBEANT SUPER ALTARE OFFERRI ET DE VIRTUTE CONSECRATI SALIS ET AQUAE ET DE TRINITATIS UNITATE EXHORTATIOQUE DE SACRA SCRIPTURA VALDE NECESSARIA *SG670*
4 SARDOTIBUS *VD38*
5 VEXANDIS *korr. aus* VAXANDIS *I83*
6 SCRIPTIS *korr. aus* SCIPTISTIS *V630*
7 AQUAM *I83*
8 ET de *korr. aus* ET *I83*
9 DE *fehlt V630*
10 vobis *N442*
11 *am Rande* timorem *VD38*
12 quando *I83*
13 ad *I83; SG670*
14 *am Rande* lacrimosam causam *VD38*
15 nobis] nobis vobis *V630; P9629*
16 cura est] commissa est cura *V630*
17 est] est commissa *P9629*
18 *am Rande* taceam *VD38*
19 domino dicente] a dicente domino *I83;* dicente domino *SG670*
20 reiecistis *korr. aus* reiecisti *O93*
21 *am Rande* singulari *VD38*
22 iudicioque *korr. aus* iudicio *SG670*
23 *am Rande* ordinandis *VD38*
24 Unde et *korr. aus* Unde *VD38*
25 *am Rande* transcendas *VD38*
26 patrum *korr. aus* patrum est *V630*
27 *am Rande* comtempnit *VD38*
28 postponit *korr. aus* pponit *V630*
29 *am Rande* perturbat
30 *am Rande* De persecutoribus episcoporum *N442*
31 *am Rande* cognitionem *VD38*
32 *am Rande* stulti *VD38*
33 *am Rande* timent *VD38*
34 illis *korr. aus* illos *O93;* illos *N442*
35 nos *O93; N442*
36 sumus discipuli] discipuli sumus *SG670*
37 qua *P9629*
38 liberabis *P9629* (bis *auf Rasur*); liberas *I83; VD38;* liberabis *SG670*
39 non *fehlt VD38*
40 Est *korr. aus* Et si *V630; am Rande* De violentia *I83;* Item de eadem re alexander in prima epistola ait *VD38*
41 *am Rande* denunciatum *VD38*

42 perlatum *korr. aus* perlatam *O93*
43 *am Rande* turpe est verecundum est *VD38*
44 *interlinear* multos *VD38*
45 epos *O93*
46 *interlinear* id est prespiteros *SG670*
47 aut vi *korr. aus* aut *N442*
48 *am Rande* violenti *VD38*
49 *interlinear* cogunt *VD38*
50 consensionis *SG670*
51 alteram] altera secta *korr. aus* altera *SG670*
52 partem *fehlt I83; VD38*
53 non *fehlt I83*
54 requisitione *korr. aus* requisione *V630*
55 *am Rande* traditionem doctrinam *VD38*
56 sectam *VD38*
57 et propriis manibus roborare *fehlt SG670*
58 roborare *korr. aus* laborare *P9629*
59 *am Rande* angustis carceribus *VD38*
60 *interlinear* i *SG670*
61 saltem *korr. aus* salutem *VD38*
62 *interlinear* errent *VD38*
63 domini sacerdotes] sacerdotes domini *I83; SG670*
64 *am Rande* consentiant *VD38*
65 et *fehlt SG670*
66 *am Rande* excellentiam *VD38*
67 *am Rande* dispositiones *VD38*
68 quasi *korr. aus* quas et *P9629*
69 caput *korr. aus* put *SG670*
70 petros *N442*
71 *am Rande* adversarii *VD38*
72 publicanos *I83;* publicos *korr. aus* publicanos, *interlinear* id est seculares *SG670*
73 *am Rande* audeant *VD38*
74 apostolis *P9629*
75 *am Rande* denunciari *VD38*
76 praevaricaverunt] praevaricati sunt *I83; SG670*
77 obaudiunt *VD38*
78 praeceptis *I83; SG670*
79 *am Rande* luxoriantes *VD38*
80 lascivientes *korr. aus* laiscivientis *VD38*
81 dixerunt *VD38*
82 *am Rande* turpitudo *VD38*
83 protectionibus *SG670*
84 vastabunt *I83*
85 *am Rande* liberavi *VD38*
86 redemi *korr. aus* redimi *O93*
87 declinaverunt *V630; P9629*
88 ad *korr. aus* adversum *SG670*
89 *am Rande* delectabant *VD38*
90 ruminabant *korr. aus* ruminabunt *O93*
91 recesserunt *korr. aus* recesserint *O93;* recesserant *N442*
92 *am Rande* contra me *VD38*
93 *interlinear* fraudulentus *VD38*
94 *am Rande* repellet *VD38*
95 eos *fehlt P9629*
96 qui *I83; VD38;* quia *korr. aus* qui *SG670*
97 *am Rande* instabiles *VD38*
98 *am Rande* De clericis vel laicis qui episcopos sive sacerdotes ad primates vel iudices accusant priusquam eis a quibus lesi sunt denuncient *VD38*
99 his enim *korr. aus* his *O93*
100 reliquo *I83*

101 *am Rande* mala pepessos *VD38*
102 *interlinear* putant *VD38*
103 *interlinear* denuncient *VD38*
104 *interlinear* legem suam *VD38*
105 iusta *I83*
106 accipiant *SG670*
107 *am Rande* excusationem *VD38; interlinear* id est excusationem *SG670*
108 dominus] dominus per *VD38*
109 et *fehlt I83; SG670*
110 absculta *O93*
111 facti *fehlt I83; VD38; SG670*
112 speculationum *korr. aus* speculationem *O93;* speculationis *korr. aus* speculationem *P9629;* speculationis *I83; SG670;* speculationum *VD38*
113 recte *I83*
114 spansum *I83*
115 *am Rande* formax *VD38*
116 devorastis *I83; VD38; SG670*
117 iniusto *V630*
118 domini oculi] oculi domini *V630; P9629; I83; VD38; SG670*
119 *interlinear* id est sacerdotes *SG670*
120 *am Rande* Qui inuste lacerant sacerdotes *I83*
121 *am Rande* excuteret
122 *am Rande* regalis dignitatis *VD38*
123 autem *VD38*
124 merito *I83*
125 *interlinear* decomparetur *VD38*
126 *am Rande* turpitudine vituperatione *VD38*
127 talia] tales ab *V630; P9629*
128 putatis *korr. aus* potatis *O93; P9629*
129 *am Rande* Non acusandos episcopos *P9629*
130 persequuntur *korr. aus* persequntur *SG670*
131 *am Rande* repellere *VD38*
132 admoveri *P9629*
133 *interlinear* temptant *VD38*
134 auctoritatem] auctoritatem et *korr. aus* auctoritatem *SG670*
135 *interlinear* signantur *VD38*
136 notentur *korr. aus* notantur *SG670*
137 *interlinear* turpitudine *VD38*
138 infamia *korr. aus* ininfamia *SG670*
139 digni *korr. aus* digno *VD38;* digni *fehlt SG670*
140 iudicantur] notantur non *korr. aus* notantur *SG670*
141 *am Rande* propinquo *VD38*
142 quibus] quibus autem *korr. aus* quibus *SG670*
143 habemus *korr. aus* habeamus *SG670*
144 accusandi *korr. aus* accusandos *V630*
145 *am Rande* molestium *VD38*
146 Calumnia *V630; I83*
147 abire *N442; I83; VD38; SG670*
148 et quasi putredo domui Iuda, et vidit Ephraim *fehlt P9629*
149 ephraim *korr. aus* ephaim *VD38*
150 *am Rande* vindicatorem *VD38*
151 Cui *VD38*
152 *am Rande* furtiva diabolica *VD38*
153 *am Rande* suggestione *VD38*
154 perusasione *korr. aus* persasione *P9629;* supersuasione *I83*
155 domino recte] recte domino *P9629*
156 *interlinear* alibi rite *SG670*
157 eum *korr. aus* eo *P9629*
158 *am Rande* dilacerant *VD38*
159 reddidistis *V630*

160 sci *VD38*
161 *interlinear* retributionem *VD38*
162 per *korr. aus* pe *VD38*
163 intellegens] intellegens et *SG670*
164 sciat *I83; VD38*
165 *am Rande* sustentati *VD38*
166 praedecessorebus *I83*
167 constringat *SG670*
168 *am Rande* exasperat *VD38*
169 et *fehlt V630*
170 *am Rande* mansuetudinis *VD38*
171 alterius honera *korr. aus* alterius *VD38*
172 honera *korr. aus* honora *O93*
173 inplebitis *N442*
174 pietates *korr. aus* pietatis *V630*
175 sanctis patribus] patribus sanctis *I83*
176 ac] et a *VD38*
177 suscessoribus *O93;* successoribus *korr. aus* sucribus *N442;* succeribus *VD38*
178 discernimus *I83*
179 *am Rande* repellere *VD38*
180 amoveri *V630*
181 dilacelare *P9629*
182 *interlinear* laborant *VD38*
183 *am Rande* turpes *VD38*
184 infames *korr. aus* infamis *O93*
185 a limitibus ecclesiae usque ad satisfactionem] factionum *korr. aus* factionem *SG670*
186 *am Rande* finibus *VD38*
187 liminibus *korr. aus* limitibus *V630;* liminibus *P9629*
188 satisfactionem *korr. aus* satifactionem *VD38*
189 deus eos] eos deus *SG670*
190 patrum *korr. aus* patres *P9629;* patrum *fehlt SG670*
191 destructores *korr. aus* destuctores *SG670*
192 ideo *korr. aus* deo *VD38*
193 efficiuntur *korr. aus* effiuntur *P9629;* eiciuntur *I83*
194 Quod *V630*
195 si *korr. aus* sic *VD38*
196 eis licet] eis oportet *korr. aus* eis *SG670*
197 eis *korr. aus* eos *VD38*
198 eis qui eos *korr. aus* eos *SG670*
199 deos *V630*
200 *am Rande* persecuntur *VD38*
201 infestant *O93; SG670*
202 ordinationem *I83*
203 sancti *fehlt I83*
204 praedecessoris *korr. aus* praedecessores *V630*
205 *am Rande* De non favendis ab episcopo reiectis *N442; I83*
206 *am Rande* De non favendis ab episcopo reiectis *VD38*
207 voluntati eius absque communicatione obsecundare et *fehlt SG670*
208 commutatione *VD38*
209 *am Rande* auferre recedere *VD38*
210 *am Rande* iratum contrarium *VD38*
211 adversum *VD38; SG670*
212 nec *fehlt I83*
213 culpa *korr. aus* pa *P9629*
214 cupit *korr. aus* pit *P9629*
215 citius reconciliare] citius reconciliari *korr. aus* citius *SG670*
216 reconciliari *korr. aus* reconciliare *P9629; VD38;* reconciliari *I83; SG670*
217 fuerit *korr. aus* fierit *SG670*
218 exterminare dei eclesiam] ecclesiam dei exterminare *SG670*
219 *am Rande* malignior *VD38*

220 *am Rande* adversatius *VD38*
221 hostis *korr. aus* hosti *P9629*
222 *am Rande* pagani *VD38*
223 *interlinear* agit *VD38*
224 *interlinear* destruit *VD38*
225 *am Rande* De scriptis extortis *P9629; am Rande* De scriptis violenter extortis *I83; am Rande* Abhinc *VD38*
226 *am Rande* talibus *VD38*
227 *am Rande* timorem *VD38*
228 *am Rande* violentiam *VD38*
229 extortę *korr. aus* exortę *N442*
230 *am Rande* quasi *VD38*
231 possint *P9629; VD38; SG670*
232 scriptę *VD38*
233 inienio *P9629*
234 *am Rande* condempnationem *VD38*
235 aut *korr. aus* au *I83*
236 *am Rande* lesionem *VD38*
237 *am Rande* censemus *VD38*
238 recensemus *V630*
239 ullam] ullam ab *korr. aus* ullam *SG670*
240 aut *korr. aus* au *I83*
241 *am Rande* separationem *VD38*
242 *am Rande* coactam *VD38*
243 *am Rande* Usque hic *VD38*
244 blasphemia *V630; P9629; I83; VD38*
245 cera *VD38*
246 *am Rande* respicit *VD38*
247 offerentis *korr. aus* offerendis *VD38*
248 Unde *I83*
249 per Oseae vatem] osee vates *I83; SG670*
250 vatem *fehlt V630;* vates *I83; SG670;* autem *VD38*
251 quasi *korr. aus* quasi ad *V630;* quali *P9629*
252 *am Rande* Quod non valet confessio quae fit ex necessitate *VD38*
253 Omnis enim *korr. aus* Omnis *O93*
254 fidelis *korr. aus* fides *SG670*
255 ad *V630; I83; SG670*
256 voluntates *korr. aus* voluptates *I83*
257 aut *korr. aus* au *VD38*
258 aut per *korr. aus* aut *O93*
259 tabulis *I83*
260 proferri *I83; SG670*
261 *am Rande* coacta *VD38*
262 extorta *korr. aus* exorta *N442*
263 deus *I83*
264 requirat *SG670*
265 *am Rande* mundas *VD38*
266 hic *I83; SG670*
267 cor autem] autem cor *P9629*
268 ferre *N442; I83;* fere *VD38*
269 christianis *O93; V630*
270 *am Rande* De accusationibus episcoporum *I83*
271 enim *fehlt I83*
272 enim dominus] dominus enim *SG670*
273 reservabit *SG670*
274 *am Rande* De accusatoribus episcoporum *VD38*
275 se *fehlt V630*
276 accusari *korr. aus* accusare *SG670*
277 temporibus *VD38*
278 *am Rande* Querelam contra episcopum vel actorem *P9629*
279 quis] quis se *korr. aus* quis *SG670*

280 iustam *korr. aus* iustum *V630; SG670;* iustam *N442*
281 *am Rande* petat vadat *VD38*
282 eis *korr. aus* eos *V630*
283 aut iustam *fehlt V630; SG670*
284 iustum *I83*
285 accipiat *korr. zu* accipiat aut *V630;* accipiat] accipiat aut *SG670*
286 *am Rande* aliter *VD38*
287 aliorum *SG670*
288 contemptor *V630; VD38; SG670*
289 quolibet *korr. aus* quibus *SG670*
290 sint *korr. aus* sunt *P9629*
291 *am Rande* De commixtione corporis et sanguinis domini *N442;* De commixtione corporis domini *VD38*
292 eius cuius] ei cui *P9629*
293 *am Rande* Nihil praeter panem et vinum aquam mixtum ad altare offerendum *P9629*
294 calice domini *korr. aus* calice *SG670*
295 vinum *korr. aus* unum *P9629*
296 aqua sola] aquam solam *VD38*
297 offerre *VD38*
298 sua in] in sua *SG670*
299 vero] vero vero *SG670*
300 offerre *korr. aus* offerire *I83*
301 Accepite *P9629*
302 manducate] manducate ex eo omnes *P9629*
303 enim *fehlt I83; SG670*
304 quod pro vobis tradetur *fehlt SG670*
305 dicens] dicens accipite et bibite *korr. aus* dicens *P9629*
306 ex *fehlt I83*
307 ex eo omnes *fehlt P9629*
308 tradetur *I83*
309 remissione *I83*
310 *am Rande* Crimina oblatione delenda *P9629*
311 indigentia *VD38*
312 hac potior est] hanc potionem *P9629*
313 *am Rande* maior et melior *VD38*
314 haec *korr. aus* hae *V630*
315 omnis *P9629*
316 *am Rande* comedenda *VD38*
317 consumaenda *I83;* consumenda *VD38;* consummanda *SG670*
318 veneranda *korr. aus* neranda *P9629*
319 *am Rande* diligi *VD38*
320 *am Rande* Aqua sancta spergenda *P9629; am Rande* Ň Alexandrum hoc primo fecisse *SG670*
321 Aqua *O93*
322 salem *I83*
323 et *I83*
324 ac purificentur *fehlt SG670*
325 *am Rande* De aqua sanctificata *VD38*
326 si *fehlt VD38*
327 fimus *I83; SG670*
328 aqua] aqua quę *SG670*
329 aspersa *I83*
330 sacrata *korr. aus* sacratus *P9629; SG670*
331 sterelitatem *P9629;* sterilitatem] sterilitatem aqua sancta *SG670*
332 rerum *korr. aus* rerum et *SG670*
333 auffert *korr. aus* affert *V630;* offert *P9629;* aut fert *I83*
334 *am Rande* sordidos *VD38*
335 coinquinatos *korr. aus* coninquinatis *V630;* quoinquinatos *P9629*
336 *am Rande* repellit *VD38*
337 a *fehlt O93; V630*
338 phantasmatum *I83*
339 *am Rande* calliditatibus *VD38*

340 si tactione *korr. aus* sit actione *VD38*
341 vestimenti *korr. aus* vestimenta *V630*
342 humana *korr. aus* humane *P9629*
343 *am Rande* devotiones voluntates *VD38*
344 singulorum] singulorum vos *korr. aus* singulorum *SG670*
345 ministerium *korr. aus* misterium *N442*
346 *am Rande* donatum *VD38*
347 certate *korr. aus* certare *SG670*
348 quae *korr. aus* quam *V630*
349 cetera divinis apta usibus et humanis necessaria infirmitatibus sacrate, infirmos curate et cetera *korr. aus* cetera *V630*
350 *am Rande* utilitatibus *VD38*
351 humanis *korr. aus* humanas *P9629*
352 sacrata *korr. aus* sacrate *P9629*
353 sacrate infirmos curate] sacrata et infirmos curant *SG670*
354 vobis] ad vos *V630;* ad vos *korr. aus* vobis *SG670*
355 pertinent *fehlt I83*
356 perficiunt *SG670*
357 ait suis] suis ait *V630*
358 curate *VD38*
359 mo *O93*
360 *am Rande* De trinitate et unitate *V630; am Rande* Quod deus unus sit et trinus *P9629; am Rande* Hic de fide sanctae trinitatis loquitur *VD38*
361 duabus velabant faciem *fehlt SG670*
362 duabus autem velabant pedes et duabus volabant *fehlt V630*
363 *am Rande* cooperiebant *VD38*
364 velabant *VD38*
365 ad alterutrum] alter ad alterum *VD38*
366 repetitione] *korr. aus* repetione *VD38*
367 intimarunt *korr. aus* intimarent *N442*
368 cur in Geneseos dicitur: Dixit deus, fecit deus et benedixit deus? Si unitas non est *fehlt SG670*
369 genesis *I83*
370 dominus *P9629*
371 deus et *korr. aus* deus *O93*
372 dixit *fehlt I83*
373 plurali *korr. aus* pluraliter *I83*
374 non *fehlt O93; P9629; N442; I83*
375 miserator et *korr. aus* misericors *P9629*
376 unitas non est *korr. aus* unitas *P9629*
377 diceret] diceret et *V630*
378 miserator] miserator et misericors *SG670*
379 *am Rande* quercum *VD38*
380 vel *I83; SG670*
381 uno *O93;* uni *korr. aus* uno *V630*
382 salutationis obsequium] obsequium salutationis *SG670*
383 *am Rande* servitium *VD38*
384 quia *N442; I83;* quare *fehlt SG670*
385 et *fehlt SG670*
386 diceret *V630;* diceretur] diceretur cur *SG670*
387 dixit et *korr. aus* dixit *SG670*
388 et *fehlt N442*
389 trinitas *korr. aus* trinita *I83*
390 nominasset *korr. aus* nominans sed *V630*
391 benedicat] benedicat et *VD38*
392 deus Sabaoth] sabaoth deus *SG670*
393 rex *P9629*
394 sedis *O93;* sedes *korr. aus* sedis *N442*
395 adiunxit *VD38*
396 unitas *V630*
397 in Regnorum *fehlt V630*

398 Domine *VD38*
399 omnipotens] omnipotens dominus *SG670*
400 rex *V630; P9629*
401 fideles *korr. aus* fidelis *P9629;* fideles *korr. aus* fidele *I83*
402 sunt *V630; SG670*
403 tui *korr. aus* tu *SG670*
404 quinquagesimo octavo] LVIIII *I83; SG670*
405 nono *VD38*
406 deus *fehlt P9629*
407 deus *fehlt P9629*
408 visitantas *VD38*
409 ut praedicatus est *fehlt SG670*
410 praedictum *VD38*
411 apocalipsi *korr. aus* pocalipsi *P9629*
412 dixit *V630; P9629; VD38*
413 Sanctus] sanctus sanctus sanctus *SG670*
414 erat] *korr. zu* erat et qui venturus est *VD38*
415 non est *korr. aus* non *P9629*
416 aut *VD38*
417 et qui erant] et non qui erat *V630*
418 erat *V630*
419 pluraliter *korr. aus* plurater *VD38*
420 est quare *korr. aus* est *N442*
421 quare *fehlt N442*
422 quare in Deuteronomio dictum est *fehlt SG670*
423 deuteronomio *korr aus* denuteronomio *VD38*
424 Domine *P9629*
425 est] est cur dictum est *korr. aus* est *SG670*
426 Nave *fehlt I83; SG670*
427 Dominus *fehlt I83;* deus
428 doerum *P9629;* eorum *VD38;* deorum] eorum est *SG670*
429 deorum] deorum est *V630*
430 Si unitas non est, quare est dixit, et *fehlt O93*
431 non est *fehlt VD38*
432 morem *N442;* more *korr. aus* maiore *V630*
433 indixit *korr. aus* indicit *P9629*
434 adorando *I83; SG670*
435 potestate tua *korr. aus* potestate *P9629*
436 tua sunt *korr. aus* tua *V630*
437 signavit *korr. aus* signaverit *V630;* significavit *SG670*
438 deus] deus omnipotens *SG670*
439 omnium virtutum] virtutum omnium *V630*
440 *interlinear* deest *SG670*
441 quare respice et non respicite designavit? Si trinitas non est, quare in Hieremia dicitur: Dominus deus vester, deus verax est? Si unitas non est *fehlt SG670*
442 domine *V630;* dominus *korr. aus* domine *P9629*
443 est *fehlt N442; I83; VD38*
444 trintas *korr. aus* unitas *P9629*
445 apocalypsis *I83*
446 Domine *N442; I83*
447 spiritum sanctum *korr. aus* spiritum *P9629*
448 su *P9629*
449 praetaxato *korr. aus* praetexato *O93;* praetextato *V630;* praetaxatum *VD38*
450 personarum et nominum] personarum nomine *korr. aus* personarum et nominum *SG670*
451 unitas *VD38*
452 dicit *V630; P9629*
453 hoc *O93; P9629; VD38*
454 in eodem dicitur] dicitur in eodem *SG670*
455 est *fehlt N442*
456 pluraliter non] singulariter *I83;* non pluraliter *VD38;* singulater *SG670*

457 non *fehlt O93; P9629; N442; V630*
458 nominatur *V630; I83*
459 raphael *V630*; *I83;* raphaele *N442;* raphahel *P9629;* rafahelo *VD38; SG670*
460 impeat *P9629*
461 ipse *fehlt SG670*
462 *am Rande* novissime *VD38*
463 Postremo *korr. aus* Postemo *VD38*
464 universos *O93*
465 disposuit *I83; VD38; SG670*
466 qua *VD38*
467 nominibus *korr. aus* ominibus *N442;* nominibus *korr. aus* omnibus *V630;* hominibus *VD38*
468 percipiendo *P9629*
469 Paulus apostolus] apostolus paulus *SG670*
470 *am Rande* adfirmavit *VD38*
471 *am Rande* firmius *VD38*
472 certius *korr. aus* certiu *O93*
473 trinitatem *N442; I83; SG670;* et trinitatem *VD38*
474 agnoscecere *I83 (Seitenwechsel)*
475 poteritis *SG670*
476 condiscere *korr. aus* condicere *I83*
477 *am Rande* hereticorum *VD38; interlinear* perfidorum *SG670*
478 pravitatem *korr. aus* parvitatem *V630*
479 inquit *fehlt SG670*
480 ipse *I83*
481 spiritus] spiritus sancti *I83; SG670*
482 dicere *I83; VD38;* discere *SG670*
483 ergo *fehlt VD38*
484 huius *korr. aus* hius *I83*
485 bonum *N442; I83; SG670*
486 voluerit *korr. aus* voluerit voluerit *V630*
487 constituetur *VD38*
488 *am Rande* inutilis *VD38*
489 dicit *I83; SG670*
490 restitit *VD38*
491 Appropinquate *korr. aus* Appropinquante *I83*
492 appropinquavit *N442*
493 Emundate] Et mundate *VD38; SG670*
494 Emudnate vobis *korr. aus* Emundate *P9629*
495 peccatoris *korr. aus* peccatores *SG670*
496 purificate *korr. aus* purificate vobis *VD38*
497 corda] corda vobis *SG670*
498 duplici *SG670*
499 luctum *korr. aus* lictum *P9629*
500 convertetur *N442; I83;* convertetur *korr. aus* convertatur *SG670*
501 *interlinear* in tristitiam *VD38*
502 cospectu *I83*
503 exaltavit *VD38*
504 *am Rande* in invicem *VD38*
505 unus est *korr. aus* unus *N442*
506 *am Rande* dator *VD38*
507 qui *P9629*
508 tinea *VD38*
509 eruginabit *V630; I83*
510 manducabit *korr. aus* manducavit *V630*
511 Thesaurizatis *N442*
512 *am Rande* deceptus *VD38; interlinear* furre *SG670*
513 clamant *korr. aus* clamat *SG670*
514 introibit *I83; SG670*
515 *am Rande* laetati in epulis *VD38*
516 diem *VD38*

517 adduxistis] adduxistis et *korr. aus* adduxistis *SG670*
518 Occidistis] O cordis eis *P9629*
519 resisit] restitit *korr. aus* restit *V630;* restitit *VD38; SG670*
520 *am Rande* mundiores *VD38*
521 efficiamini *O93; P9629*
522 Unda *P9629;* Unde] Unde et *SG670*
523 Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam *fehlt VD38*
524 est *fehlt I83*
525 VIII *N442*
526 elenino *I83*
527 claris *SG670*